

Egyháztörténeti adatok.

Agh István püspök ajánló levele Lázár István részére.

Kolozsvár, 1773 május 30.

Gratiam et pacem a Deo Patre nostro, et a Jesu Christo Domino Nostro omnibus illis, qui inter tot Familiarum Christianarum discrimina mutua seinvicem complectuntur Charitate, et specialiter fratribus et amicis in Domino Collegiantibus: Hollandis, Frisiis et Groningensibus mihi dilectissimis!

Jam annus sextus supra trigesimum labitur, a quo jucundo Vestro conspectu frui mihi non licuit, sed neque nunc, uti rerum nostrarum praesentes circumstantiae cogunt, licet; Vestra tamen humanitas, Vestra Christiana charitas, Vestra amicitia in conspectu meo est semper, quam omni data occasione celebro, omni tempore exosculor, cuius Vestrae humanitatis, charitatis et amicitiae inter plura specimina unum hoc frequenter inter amicos Transsylvanos celebro, quod cum animus mihi esset ex meridionali Hollandia, ubi occasione studiorum meorum Leydensium pluribus eram notus experientiae causa egredi in Hollandiam Borealem, inde penetrare in Frisiam et Groningam, ita dirigebar de loco in locum ex civitate in civitatem per amicos, ut sub spatio sex septimanarum, sub quo emetiri licuit mihi cursum istum, semet tantum contigit noctem unam non apud amicos sed in publico diversorio transigere, sed et ille casus evenit, non ex defectu directionis amicorum, quam ob non existentiam venti, qui debebat navigium, ex civitate Hornensi Harlingam usque impellere, quo cum pervenire non poteram excendimus in pagum Lemmer.

Cum igitur non sperem me meipsum Nobis sistere posse, praesentium exhibitorum, quem in Christo genui *Stephanum Lázár de Torotzko* ecce vobis sisto juvenem bene moratum et eruditum, qui cursum suum philosophicum in universitate Vindobonensi feliciter ut par est, absolvit. facultatemque sed aegre admodum nactus est ab Augusta Aula nostra, ut sub spatio anni dimidii experiunda experiretur in Imperio R. Germanico, ut et in Hollandia et Helvetia; quod ad me vero ut haberem per ipsum occasionem Vos amicos mihi dilectissimos visitandi et salutandi, simulque cognoscendi, in

quo statu sit et pax vestra in rebus publicis istis sat quietis et religio vera, pietasque Christiana, quae me apud Vos versante inter collegiantes melius videbatur florere, quam apud plerasque Christianorum familias maxime dominantium.

Cum igitur praesentium exhibitorem discipulum meum mihi dilectissimum nollem vobis esse oneri; in rebus nobis minime onerosis in acceptando scilicet eo, in deducendo aut dirigendo ad amicos et fratres in Christo dilectissimos, tolerantiae Christianae amantissimos dignemini ei adesse, ut possit brevi illo tempore exoptatam a nobis visitationem amicorum academiarum et gymnasiorum perficere, maxime quae florent Amstelodami apud Remonstrantes et Memnonitas, quorum Professores clarissimos et specialiter, si adhuc vivit, mihi illo tempore, quo ibi versabar, bene notum, clarissimum D. Niewenhuysium saluto humanissime.

Si quae et humanitatis et charitatis Christianae officia erga hunc supra specificatum fratrem et discipulum ante hac meum praestiteritis mihi praestita reputabo et si non simili circumstantia alicui ex amicis Batavis occasio inserviendi mihi et ipsi dabitur amicam et Christianam afficiositatem rependere parati erimus, saltem grata mente celebrare non desistimus.

In reliquo omnibus et singulis praesentes hasce visuris et lecturis, cum omnium fautorum quorumcumque adprecatione maneo addictissimus in Domino *Stephanus Agh* de Sepsi Szt. Király Ecclesiarum per Magnum Transylvaniae principatum Unitariae Religionis addictarum Superintendentens.

IRODALOM.

Péchi Simon szombatos imádságos könyve. Közzéteszik dr. Guttmann Mihály és dr. Harmos Sándor. Kiadja az Izr. Magyar Irodalmi Társulat. Budapest, 1914. 8. r. 488. I. Ára 3 kor.

A híres szombatos Péchi Simonnak két könyve jelent meg nem egészen egy év leforgása alatt. Mindkettő irodalmunknak nagybecsű gazdagodását jelenti. A XVII. századnak Szenci Molnár zsoltárai mellett legnépszerűbb olvasmányai voltak ezek. Nem alkalmi munkák, bizonyos helyhez s bizonyos időhöz szabva. Írójuk tudta, hogy az időnek s a foglalkozásnak minden részében hozzá fog fordulni olvasója. Mint a katolikus hívőhöz imádságos gyöngysora, mint a protestáns lélekhez a magasságos ég, volt a rajongónak szívéhez nőve Péchi imádságos és zsoltáros könyve. Könyv nélkül tudta; s mikor a felekezeties gyűlölködés halálra üldözte, általa megszentelt lemondással alázkodott meg végzete előtt. Nincs irodalmunkban könyv, melyhez több reménytelen fájdalom fűződött volna . . .

Ennek az imádságos könyvnek három óhéber rituális munka az eredetije: a mindennapi imákat magába foglaló *sziddur* s az egész évre való teljes liturgiának gyűjteménye, a *machzor* és *sze-licha*. Az imák megfelelően a héber vallás kettős formájának vagy a törökországi zsidóknál s általában Keleten elfogadott *szefard ritust*, vagy pedig az olasz nyelvű *római ritust* követték. Az inkább orthodox természetű volt s héberesebb; ez ujításokat engedett meg. Péchi a szefard ritus szerint való imákat fordította magyarra. Fordításával nemcsak a magyar szombatos irodalmat gazdagította, hanem a szefardimáknak időrendben *első* fordítását is ő készítette. Alapszövegül az 1614 ben megjelent legelső nyomtatott szefard szolgálhatott.

Mint fordítást, az önállóság jellemzi. A szefardnak más nyelvű fordításai arra való, hogy az eredeti szöveget ismertessék s művészi becsük semmi. Legnagyobb részük héberbetűs transcriptio, emellett átvesznek héber kifejezéseket, rövidítnek vagy magyaráznak. Péchi imádságos könyve ezektől teljesen elütő. Az imákat imádkozás céljából készítette, vagyis úgy fordított, hogy olvasóinak egy pillanatig se juthasson eszébe a héber eredetire kíváncsiskodni. Az irodalomtörténet az ilyen fordítást művészi munkának nevezi.